

quam cum inchoantur, quia emptores, & pecunia deficiunt: Guttier. d. c. 39. n. 13. Sot. d. l. 6. q. 4. art. 1. Dicastill. n. 41. Hinc tempore peccatum, & belli, rerum preia decrescent, Hermosill. d. glos. 6. n. 104. Cyriac. ubi proxime, & alii communiter; quod limita; quoad res vietiū necessarias agrotis, nam hae plurimi habentur, ut experientia docet.

Ibi: Et eodem pacto pretium minuitur.

39 Res quæ venditori sic exponuntur, ut emptor ipsarum quæatur, minoris, quam alia valerent, communiter estimantur, quare vilius sub hasta regulariter emitur: Menoch. dict. conf. 358. num. 4. Cagnol. supra, n. 161. 266. Guttier. practicar. lib. 2. quæst. 181. n. 4. Medin. de restitu. q. 31. vers. Procedit hoc documentum, Bonacini. dict. punct. 4. n. 21. vers. Secundò si merx, sà verb. emprio, n. à Diana ubi proxime, Pat. Vazq. supra, ca. 5. §. 1. dub. 10. n. 61. Turrian. 2. 2. tom. 2. disp. 57. dub. 6. n. 5. Molin. dict. disp. 348. n. 5. Lef. ubi supra, n. 33. Cardin. Lug. scđ. 4. n. 45. ubi probat, venditorem justè exigere pretium commune, Dicastill. dub. 4. per tot. Et quidem pro tertia parte, aut dimidia pretium minuitur, Molin Lessii. Cardin. Lug. & alii supra. Quæ omnia procedunt etiam venditor necessitate compulsi res proprias exponat venditioni, Bonacini. ubi proxime, ubi alii. Vide Caramuel. in Theolog. fundam. n. 1095. qui probat, jussè eas res emi posse pro quoque pretio, si alius non reparatur, qui plus offerat: cui faveat Petr. Greg. ubi statim laudabitur: Videas Dicastill. supr.

40 Ex his maxime dubitatur, an admittatur ad medium d. l. 2. Is, cuius bona sub hasta sunt distracta sive ultrò, sive judicis præcepto? nam cum illud justum pretium sit, quo aliquid communiter estimatur, & ea quæ subhaftantur, tanti habeantur, quantum pro eis absque fraude potuerit reperi, nulla iniustitia, aut læsio in hujusmodi venditionibus consideratur, maximè cum per licitationem aliquando pluris, aliquando minoris res ve- neant; Cardin. Lug. cum plurib. num. 43. vers. Huc pertinet. Bonacini. ubi proxime vers. Tertiò si quia sub hasta, ubi cum communi Theologorum resolvit, licet posse retineri, vel pretii excessum vel rem vilissimo pretio comparatam, ubi sub hasta contractus venditionis celebratur. Nec locum esse affirmat prædictæ constitutioni, nisi pretium rei venditæ fuerit lege taxatum; & quod læsionis ultra dimidiatio ratio non habetur in casu, de quo agimus, docent Cyriac. pluribus laudatis, d. controver. 453. n. 33. Pautal. Cremen. in d. l. 2. n. 308. Fabian. de Monte de empt. & vend. quæst. 5. sub. q. 8. principal. n. 22. Afficit. in tract. de iur. prothom. 4. 2. n. 19. Guid. Pap. q. 22. in fin. & est communis opinio imò magis communem eam dixit Menoch. conf. 844. n. 33. Petr. Gregor. d. c. 24. num. 17.

41 Nihilominus contrarius ut verius, ac receptius tenendum est, tam de jure communi, quam Regio, juxta quod nulla de hoc potest esse controversia extante dict. l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilat. ubi expressum est, remedium resollisionis competere pro rebus sub hasta distractis; & ita docent Cardin. Lug. scđ. 6. n. 79. Anton. Gom. d. cap. 2. num. 23. Hermos. in d. l. 56. glos. 5. n. 13. 14. Parlador. rer. quotidiana. lib. 2. cap. ultim. part. 5. §. 16. à num. 10. Ceval. d. quæst. 536. à princip. Aug. Barbos. in d. collect. n. 9. & 10. Trentacinq. d. resolut. 3. n. 4. Gratian. discept. cap. 461. n. 30.

lib. 2. q. 161. num. 5. Padill. in d. l. 2. n. 30. Osuald. ad Donell. lib. 13. c. 13. in fin. Guttier. præf. d. Salgad. in labyrinth. part. 3. cap. 10. ex num. 4. Amaya in l. 1. n. 56. & 57. C. de fide instrument. & jur. hast. Fiscal. lib. 10. D. Lart. allegat. Fiscal. 106. numer. 9. Molin. d. disput. 349. n. 13. Cancer. variar. part. 1. cap. 23. n. 4. & plurimi alii. Quod procedit etiam in re vendita pro debito Fiscal. Trentacinq. cum alii supra, n. 3. Hermos. d. n. 14. Quod remedium emptori, ac venditori commune est nec distinguitur an fuerit subhaftatio voluntaria, vel necessaria. Adde Fachin. lib. 2. controvers. ca. 20. vers. Sed nullius.

Ibi: Quod si merces sint necessaria.

Vilitas enim pretii mercium inopiam sole: gene- rare, ut Marcellinus Julianum Imperatorem reprehendens ostendit, lib. 22. histior. ibi: Nulla probabili ratione suscipit popularitatis amore vilitati studebat venditum rerum, que nonnunquam secùs, quam convenit ordinata, inopiam gignere solet, & faciem. Quem refert Bobadill. dict. cap. 4. n. 65. ad fin. Et per contrarium, pretii augmentum facit, Rempublicam necessariis abundare, Bobadill. ubi proxime, Petr. Gregor. syntagmat. lib. 39. cap. 30. num. 4.

Ibi: Et probatur ex eo quod ubi adeat necessitas.

Mercies ad victum necessarias publica urgente: 43 necessitate, dominus Iusto pretio vendere compellitur, quod per Judicem moderari potest boni viri arbitrio, etiæ alioquin propter sterilitatem pluris venirent: Bobadill. supra, n. 66. Matienç. d. gloss. 2. n. 41. & 42. Francisc. Marc. dict. 510. n. 42. & 43. Afficit. in proam. constitut. M. apolit. quæst. 3. num. 6. Molin. disput. 341. num. 4. Didac. Per. in l. 2. gloss. magna. tit. 23. lib. 2. Ordinam. Ant. Gom. d. cap. 2. n. 52. vers. Secundus casus, Guttier. practicar. lib. 4. quæst. 49. n. 3. Suar. in The- saur. receptar. sentent. verb. vendere, n. 13. Hermosill. in l. 3. glos. 1. n. 60. tit. 5. part. 5. Cancer. part. 1. cap. 13. de empt. n. 77. Aluar. de privilegio pauper. part. 1. quæst. 24. num. 4. Azeved. in l. 1. num. 21. tit. 25. lib. 5. Recopil. Surd. de alimen. tit. 1. q. 77. num. 6. & tit. 8. q. 94. num. 4. Mastrill. dict. 17. Franch. dict. 9. per totam. Quod non solùm in comedibilibus, sed etiam in eis, quæ ad vestitum, alium usum ad vitam necessarium pertinent, locum habet; Strach. de mercatir. part. 4. tit. in quib. casib. mercatur. poss. exerceri, n. 51. Aviles in c. 17. Prætorum, verb. à razonables precios, n. 5. Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 9. n. 3. 4. Surd. d. titul. 8. q. 48. n. 8. Hermosill. cum alii supra, n. 61.

Imò, & Ecclesiastici, quacunque fulgentes dignitate, ad vendendum compelli possunt per publicam secularem potestem, quæ absque meru excommunicationis virtualia ex ipsorum horreis, & domibus extrahet; l. 1. titul. 25. lib. 5. Recopilat. Gregor. Lop. in l. 54. glos. 1. titul. 6. p. 1. Didac. Per. in l. 12. gloss. 1. verb. acacefer. tit. 2. lib. 1. Ordinam. Ignar. Del Vill. in sylva respons. lib. 1. respons. 5. n. 14. part. 3. Cavalc. dict. 37. à n. 67. part. 2. Guttier. practicar. lib. 1. quæst. 13. n. 3. Mexia in tract. de taxa panis, conclus. 1. n. 60. & 64. Menoch. conf. 13. n. 8. Vers. Carterum. & n. 9. Bobad. d. lib. 3. c. 3. n. 13. Gratian. disceptat. c. 149. n. 43. latè Hermosill. ubi proxime, num. 61. quæ pretio taxato vendi debent; Curtell. de immunitat. Ecclesiast. lib. 2. quæst. 9. Ortiz. in summa. ca. 4. n. 9. Valer. de different. utriusque for. verb. Clericus. diffe- rent. 3. n. 4. Gratian. discept. cap. 461. n. 30.

Variar. Resolut. Lib. II. Cap. III. 189

rent. 3. Sal. tract. de emp. ion. & vendit. dub. 9. n. 2. Villadieg. in sua polit. cap. 5. §. 20. n. 90. Nam Ecclesiastici taxam rebus impolitam tenentur observare, Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 9. dub. 15. n. 2. Guttier. practicar. lib. 4. quæst. 8. n. 21. Molin. disp. 31. n. 13. Navar. in manual. ca. 23. n. 88. Sot. supra. lib. 1. quæst. 6. art. 7. Bobadill. lib. 2. cap. 18. n. 112. Mexia supra, conclus. 5. n. 1. cum seqq. maxi- mè n. 35.

45 Contrarium vero scilicet Clericos, aliaque personas Ecclesiasticas ad vendendum cogit no- se per Judices seculares, docent Caball. dict. cas. 9. n. 10. Delbene supra, dubit. 14. n. 1. Ceva. dict. 37. n. 76. p. 1. Ripol. Variar. resolut. cap. 11. de empt. n. 6. Molifel. in summ. tom. 2. tract. 12. cap. 5. n. 85. Beller. disquisit. cler. c. part. 1. tit. 3. §. 2. n. 9. Mad. in tractat. de Sacr. Ordin. cap. 14. n. 38. Duard. in Bull. Cœne. l. 2. canon. 15. q. 17. n. 45. Guazzin. qui generaliter loquitur, de defens. reor. lib. 2. defens. 20. cap. 9. num. 10.

In qua controversia verior resolutio videtur, quod quando periculum est in mora, vel superioris Ecclesiastici negligunt per se compellere, aut secularibus concedere compellend facultatem Clericos ad vendenda virtualia tempore publicæ necessitatis, poterunt laici Judices extorquere frumentum, & alia ab Ecclesiastis absque excommunicationis metu; quia utuntur naturali defensione adversus eos, qui necessaria subtrahendo, civium, ac Republicæ interitum moluntur: quibus cessantibus, iuxta secundam opinionem: non licet secularibus in personas Ecclesiasticas prætextu necessitatibus jurisdicti onem, nec quoad bona, exercere. Ita Delbene d. dubit. 14. n. 2. & 3. Hermos. d. gloss. 1. n. 61. in fin.

Ibi: Unde quod Bartolus scribit.

46 Recepitissima ac tutâ est Bartoli sententia, ut constat ex D. in principio hujus versiculi allegatis, indistinctè docentibus, pretium rerum spectantium ad victum, tempore necessitatis earum, taxandum esse etiæ infra illud, quo propter penuriam venundari possent, nec inopiam pecuniae desiderant; bonum enim commune postulat: ut ne- dum indigentia virtualium subveniatur, sed etiam ut excessus pretii moderetur, cui sterilitas præbeat occasionem. Nec refert, quod ex hoc videatur injuria earum rerum dominis irrogari; & cum publica utilitas privatorum commodi semper præferatur l. unica. S. Tantum enim. C. de caduc. tollend. Facilius ramen Bartoli doctrina praticabitur, ubi tam pecuniae, quam mercium penuria concurrerit; prout ad- vertit Bobadill. d. dict. lib. 3. cap. 4. n. 66. vers. Y aum- que ista opinion. Ea vero pretii deminutio erit facie- da, cum merces sunt penes eos, qui ad vendendum compelli possunt: sed si per mercatores sint aliunde conductae, potius augeri debent pretia, quam minui, ut spe majoris lucri ad eas adspontandas invitentur: Petr. Gregor. syntagmat. jur. part. 3. lib. 36. cap. 20. n. 4. Joan. de Plat. in l. modios, in princip. C. de suscep. & arcar. Bobadill. supra, n. 65. ad finem, qui recte ait, minus esse malum, virtualia carius vendi, quam Rempublicam fame premi. Et an expedit generis liter rebus taxam imponi, tractat Card. Lug. supra. scđ. 4. n. 50. qui n. 49. alios laudat, de hac rediupantes, Petr. Gregor. d. lib. 25. cap. 14. num. 56.

Ad Num. 6.

47 Conclusio hæc communis est, ac per conse- quens tutâ, nam ubi habita fide de pretio communi- niter venduntur merces, possunt sic pluris venire,

quæ præsenti pecunia aliquando distrahi solent; nec excessus iste percipitur ob dilationem solutionis, sed quia est juftum pretium, pro illo vendendi modo communiter constitutum, cum homines ejus loci per pensis omnibus circumstantiis talis contractus, merces sic venundatas tanti æstimantur. Imo licet illæ in aliquo speciali casu deficit, non idem dicetur vendens, aut usuram, aut injustitiam committere, quoniam semel pre- tio taxato, nihil interest, quod absint cause, properas fuit usque ad illud lucrari: ut diximus suprà n. 33. veluti si mercator mercem incognitam, quam plurimi emi, maximisque sumptibus necessariis conduxerit, afferat, & his per pensis tertum pretium communis estimatione stabilatur, licet postea vilius comparet, & exiguae expensas faciat, justè percipit tantundem; sic quamvis in con- stitutione pretii mercium; que creditum venduntur, ratio habetur damni emergentis, lucri cef- santis, periculi exactionis, expensarum, ac molestiarum, quæ in exigendis debitis frequenter contingunt; tamen etiæ nullum ex his timeat, aut patiatur venditor de trimentum, tutâ conscientia comuni pretio vendundare potest. Quam principalem assertione solidis defendit fundamentalis, Sanchez. d. dict. 15. à n. 4. eamque tenent Dian. d. part. 1. tract. 8. resolut. 21. Lef. d. cap. 2. dub. 4. n. 56. Sà verb. verditio, n. 7. Bonacini dict. punct. 4. n. 27. vers. Hic sequitur eas merces, Molin. disp. 357. n. 3. Dicastill. dub. 6. n. 75. cum seqq. Aniana in dict. cap. in Civitate, col. 1. n. 3. de usur. Dec. conf. 111. n. 8. & 12. Sylvest. in summa, verbo, Usura, 2. quæst. 2. Aug. eodem verb. 1. n. 59. accedunt Sot. d. lib. 6. quæst. 4. artic. 1. Cordub. in summa. q. 85. ver. Lo tercio. Efi cum limitatione formidineque loquuntur.

Idemque dicendum est, de eminentibus antici- pata solutione, quod emere minoris possunt, quam tempore traditionis mercium præsenti pecunia compararent, si hic modus contrahendi fre- quentior sit, justæ consuetudine introductus: Sanchez supra, dub. 16. Dian. d. tract. 8. resol. 22. Cardin. Lug. scđ. 7. §. 3. n. 110. Dicastill. dict. lib. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 6. à num. 82. Molin. disp. 360. Et alii apud Sanchez qui Authores contrarium sentientes, tam in hoc, quam in superiori casu re- fert; quis sequitur Guttier dict. ca. 39. n. 35. vers. Hic tamen sententia: ubi latè præfata opinionem impugnat, cuius argumenti ut satisfaciem, ali- quandiu oportet immorari.

Et in primis, ad textum in cap. in Civitate cum 48 similibus, de usur. dicendum est, ibi solùm prohiberi, aliquid carius vendi ob dilatam solutionem, quando juftum pretium exceditur; atque ita intra illius latitudinem ea prohibito locum non habet, nec usura committitur, ut ipse Guttier. docuit, ibi, num. 11. & cum D. Covarr. probavimus supra, n. 21. In casu autem de quo agimus, venditores juftum pretium non transgrediu- tur, cum sit illud quod homines communiter constituunt circumstantiis, ac modo vendendi ani- madversis.

Nec obstat secundum, nam cum ille vendendi modus ad creditum, sit legitima consuetudine inductus propter inopiam emptorum, & naturam mercium, quæ sic venduntur, nihil est, quod venditoribus possit imputari.

Non tertium, quia pretium earum mercium, quæ, habita fide de pretio, venduntur: non fuit communis estimatione taxatum ob emptorum utili- tatem proveniente ex dilatione solutionis, sed quo- niam

Addit. ad Covarruvias

niam attentis in commodis vendentium, & emptorum commoditate, in eo vendendi modo, qui frequentabatur, tantum merces ita venditas valere, apud se homines constituerunt. Præterea cum raro in eis locis res, de quibus agitur, præsentis pecunia veneant, aestimatio quæ sit; cum sic emuntur, potius est particularis, quam communis; quare illi standum non est ad dignoscendum earum valorem, ut diximus.

49 Non quartum, nam et si nulla Republica diversum pretium præscribar rebus distractis præsenti pecunia, ac venditis ad creditum; ubique tamen; nisi lege prohibetur duplex rerum pretium reperitur, unum commune, alterum conventum sive singulare, & utrumque iustum: primum, communis hominum opinione constituitur; secundum, partium consensu, cum propter contractus circumstantias æquè à communi aestimatione resiliuntur: Cyriac. cum aliis, dict. controvers. 453. n. 19. & dictum est supra, n. 30. In specie igitur nostra, unicum est pretium commune, illud scilicet, quo merces ad creditum comparantur; nam ita ferè semper venire solent. Alterum conventum, quando præsentis pecunia emuntur, quod raro contingit: quo casu iustis de causis à communi aestimatione receditur, cum vendorum incommoda eviter: quorum suprà meminimus, præterquam quod pecunia præsens pluris, quam post tempus solvenda communiter aestimatur: Noguerol. allegat. 17. n. 78. Cyriac. tom. I. controvers. 170. n. 16. Sanch. dict. c. 5. dub. 17. num. 4. proprie finem.

50 Quintum dissolvitur ex præmissis, siquidem pretium iustum commune venditores non excedunt, licet supra particulare, vel conventum quicquam accipiant; & usura, aut iniustitia non committitur, nisi illud transgrediat, à quo valorem intrinsecum res obtinent, ut ostendimus dict. n. 30. Nec improbitari mercatorum tribuendum est, quod emptores non inveniantur, qui pecunia statim numerata comparent: immo regulariter, sic vendere exoptant, parvoque lucro, ob representationem pecuniae solent esse contenti, ut item eam in alias negotiations expendant; ut observat Sanch. d. dub. 15. n. 4. vers. Tertio probatur.

Ad ultimum tandem respondetur, mercatores expondere res suas venditioni juxta consuetudinem loci in quo sunt, ut recipiant pretium, quod ibi commune est, cumque in usu sit, ut ad creditum vendantur pro pretio sic currenti, non tenentur unum, vel alterum, cum præsenti pecunia emptorem admittere, neque modum ibidem vendendi insolitus acceptare; maxime cum ex paucitate emptorum pretia rerum minuscantur; atque ideo justè recusant vendere eo modo, quo pauci inveniuntur qui velint emere, tam propter pecunia penuriam, quam ob consuetudinem vendendi ad creditum ut docet Sylvest. ubi supr.

Ex quibus D. Covar. sententia defendi potest, que tamen ex mente Guttier. posset limitari, cum non necessitas, sed avaritia mercatorum eam corruptelam vendendi ad creditum introduxit, ac obseruaverit, ut plus lucentur ob dilationem solutionis, cum enim hoc usuarium sit, nulla consuetudine licitum fieri valet, cap. fin. de confutet. & data copia emptorum præsenti pecunia, ab hoc abusu recedere venditores tenebuntur. Ad que omnino videoas, Cardin. Lug. scit. 7. §. 2. per tot. a. n. 105.

Vers. Ceterum quandoque licet mercatori.

51 Ad intellectum, dict. cap. in Civitate 6. de usur.

vendendi sunt Guttier. dict. cap. 39. Molin. dict. 355. Bonac. dict. punct. 4. num. 11. Didac. Pet. in l. 2. col. 34. tit. 2. lib. 8. Ordinament. Petr. Navarr. de restit. lib. 3. cap. 2. num. 280. Geminiar. de usur. comment. 3. §. 5. a. num. 99. Cened. ad Decretal. coll. 57. ex n. 4. Azor. part. 3. lib. 7. cap. 8. 9. Matienç. in l. 22. gloss. 9. tit. 11. lib. 5. Recopil. Layman. in theolog. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 15. n. 14. Rebell. dict. libro nono, question. 11. numero quarto. Sot. dict. libro sexto, quest. 4. art. 2. vers. Posterior conclusio, Bolan. in Curia, tom. 2. lib. 2. cap. 1. n. 19. Navar. in manual. cap. 17. n. 241. Lef. dict. cap. 21. quest. 8. Dian. part. 3. tract. 6. resolut. 3. Aragon. 2. 2. quest. 77. art. 4. Qui omnes, & alii plurimi tenent, tunc carius vendi posse pretio currenti, cum simul concurrat, tum quod dubium sit, an tempore, in quod solutio confertur, plus minusve valutare sint: tum quod dominus eas esset usque ad illud servaturus: ut in d. cap. naviganti, in fine, expressim habetur: quibus addit. Leotard. tract. de usur. quest. 98. n. 41. Card. Lug. scit. 7. §. 2. n. 104. Dicastill. sup. dub. 6. n. 61 licet hanc ultimam conditionem non esse necessariam, cum Cajetano, novissime probare nitatur Mag. Palacie lib. 4. de contractib. cap. 9. pag. 105. cum seqq.

Quod si à principio pretium certum non determinetur, sed vendatur ad creditum pro eo, quod curret solutionis tempore, & verosimile sit, tunc minus valutum quod venditur, aut saltem dubitetur, necesse non est, quod dominus foret servaturus; nam et si forsan possit vendor ultra pretium tempore contractus currans aliquid lucrari, non est ob dilatam solutionem, sed quia se exponit etiam periculo minus recipiendi, quam ipse tunc temporis perciperet. Lef. supra, n. 1. Scot. 4. dict. 51. quest. 2. art. 2. Florent. part. 3. cap. 7. §. 13. tit. 1. Angel. in summ. verbo. Usura n. 34. Sylvest. ibi. 9. 14. Medina. de restit. §. Sequitur, fol. 116.

Ibi: Quo sit, cum contractum licitum esse.

¶ Non licet vendere habita fide de pretio rem quantii plurimi fuerit à die contractus, usque ad Kalendas Martis, vel Aprilis, ita ut si pretium cursus de præsenti augeatur ad excessum, emptor reneatur si vero decrecatur, illud sine deminutione vendor capiat. Quod verum est, quamvis in tempus designatum merces, qui vendidit, esset servaturus, Nau. supra, n. 242. Armilla verbo. Usura n. 10. Guttier. d. cap. 39. n. 9. Bonac. d. n. 16. vers. Si quas, Lef. d. dub. 4. n. 28.

Ibi: Quamvis adhuc non judicarem contractum.

Potest quis, etiam pecunia statim numerata pluris vendere justo pretio currenti habitu, respectu ad tempus, in quod merces servaret, quas in gratiam emptoris distrahit; velut si oleum venundetur, Janusio, quod dominus non esset venditor usque ad Octobrem, licet convenire de pretio illo, quo communiter hoc mense oleum venire solet; deducta tamen aliqua parte, arbitrio boni viri, ratione custodiae, & periculi, quod vendor interim sustineret, usque ad tempus, quo vendere destinaverat, à quo, statim tradendo, liberatur. Unde si tempore contractus amphora olei sedecim nummos valebat, & mense Octobri, certum foret, quod viginti communiter venderetur, justè recipit vendor viginti nummos in singulas amphoras cum aliqua deminutione ob expensas custodiae, & periculum quod evitat. Sed si dubitetur

Varia. Resolut. Lib. II. Cap. III.

dubitetur an viginti, vel viginti quatuor nummos amphora olei sit valitura: fas erit, pro singulis viginti duos cum dicta deminutione recipere, Guttier. n. 3. 4. Rebell. d. q. 11. num. 8. 9. Bonac. d. punct. 4. num. 16.

Ibi: Quibus quidem prænotatis.

55 Quoties pretium temporis contractus exceditur, quia merces vendor esset servaturus ad id, quo plus vanire poterunt, semper ex futuro pretio sunt deducendæ arbitrio boni viri expensæ, quas dominus esset necessario facturus in illis interim custodiendis, nec non aestimatio periculi, deteriorioris, vel amissionis earumdem; quoniam haec onera subiturus foret, si statim non venudedisset, alioquin plus consequeretur ob dilatam solutionem quam haberet merces servando; quod usuræ labem contineret, Guttier. d. n. 3. Bonac. ed. n. 16. vers. Secundo ut aliquid, & vers. Secundo sequitur, Salón. 2. 2. quest. 88. art. 2. controvers. 21. num. 8. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 20. dub. 8. n. 10. Diana dict. tractat. 6. resolut. 3. Dicastill. dict. 3. dub. 7. n. 74. Cardin. Lug. sup. scit. 7. numer. 104. vers. Advertit tamen.

Vers. Item secundo, hinc apparet.

56 Licitè merces verosimiliter in posterum plus valuturas vendere quisque potest, quanti tali mente, vel hebdomada veneant similes intra id tempus, ad quod eas servare debeat, non tamen de summo pretio pacisci poterit; sed de mediocri Lef. dict. dub. 4. n. 28. 51. Rebell. dict. lib. 9. quest. 9. n. 9. Guttier. n. 6. Navar. dict. cap. 17. num. 241. Bafiez. 2. 2. quest. 77. art. 4. dub. 7. Sot. dict. quest. 4. art. 2. Molin. dict. 355. n. 5. Azor. dict. lib. 8. ca. 9. quest. 1. Bonac. dict. vers. Secundo sequitur D. castill. ubi proximè, n. 72. Leotard. de usur. q. 24. n. 29.

Vers. Quod ipse verum existimat.

57 Quid merces ad certum tempus est servaturus, potest eas vendere eo pretio, quod curret, cum fibi placuerit intra idem tempus, ad quod servare statuerat; & semel, electione facta, privatur iterum mutandi consilium facultate, debetque medio illius temporis pretio contentus esse, Guttier. n. 7. 8. Dicastill. num. 73.

Vers. Tertiò, eadem inspecta ratione.

58 Ratione lucri cessantis, quod vendor verosimiliter caperet, si statim pretium solveretur, poterit carius ad creditum, quam præsenti pecunia vendere: quod ut licet fiat, nonnullæ conditio[n]es desiderantur. Prima, venditorem habere cui statim pecunia præsenti vendere possit merces, quas creditit. Secunda, quod propter defectum pecuniae, cuius solutio differt, credat verosimiliter se non lucratum, quod acquireret; si eam præmanibus haberet. Tertia, quod in gratiam emptoris, & ad ejus preces venditio fiat. Quarta, ut ipse emptor certior fiat ne excessu pretii currentis, ac de causa, propter quam exceditur; nam quoties additur aliquid justo pretio ob incommode, quod vendor patitur ex distractio[n]e rei sua opus est, ut emptori notum fiat, atque ita in excessum consentiat, diximus supra, n. 35. quibus concurrentibus, communiter obtinuit licere, habita fide de pretio, carius vendere ob lucrum ces-

fans; et si absque controversia non sit, de quo Guttier. d. n. Medina de restit. quest. 38. in 2. causa, & in 4. causa, vers. Est itaque resolutionis Deci. cons. 111. num. 9. 12. 15. Magist. Palac. de contractib. d. lib. 4. cap. 3. pag. 244. Mercado in tract. de tratos, y contratos, lib. 2. cap. 13. del mercar, y vender al fiado, totum, Cordub. supra, qu. 84. in 2. opinion. vers. Tampoco justifica, Menoch. de arbitrar. cas. 119. n. 2. ubi probatione lucri cessantis, Rebell. de quest. 1. n. 3. Molin. d. dict. 355. n. 4. Dicastill. sup. dict. 2. dubit. 6. n. 63. Idem est ratione damni emergentis ut proximè laudati tradunt, & Dicastill. dict. 3. dub. 6. num. 64. Leotard. d. quest. 24. num. 13. Card. Lug. d. dict. 26. scit. 7. n. 104. vers. Tertio, certum videtur.

Ibi: Quibus omnibus illud adiciendum est.

Tuta Conscientia emuntur merces anticipata 59 solutione minoris, quam tempore contractus communiter venduntur, modò dubitetur, num die traditionis plus, minutiæ valebunt, quam inter contrahentes convenit: unde si Aprili valeat facie hordei nummis duodecim, proterit ad rationem octo anticipata solutione emi, conferendo traditionem in Augustum, modò è loci hordeum aliquando pluri, aliquando minoris tempore messium colligendarum venire soleat; Guttier. n. 46. Bolaños dict. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 16. Sot. d. lib. 6. quest. 4. art. Dian. part. 3. tract. 5. resolut. 115. Romuald. Col. tract. empt. cum pretio anticipato, cap. 2. num. 6. Azor. part. 3. lib. 8. cap. 9. qu. 4. Trullench. supra, dub. 9. n. 4. Matienç. in l. 17. gloss. 2. n. 2. tit. 11. lib. 5. Recopilat.

In quo est advertendum, quod cum aliquid emi-60 tur anticipata solutione, iustum pretium non est, quod currit tempore contractus, sed traditionis rei, d. cap. naviganti, §. 1. de usur. Sanch. d. dub. 16. n. 1. Sot. supra, art. 1. vers. Secundo, id Sylvest. verbo. Usura, 2. quest. 1. dict. 1. Mercado de contractib. lib. 2. cap. 12. Medina de restit. qu. 38. causa 6. vers. Est itaque. Ratio est, nam cum res emuntur propter usum, & tunc veniant in usum vendoris, quando traduntur, iustum earum pretium est, quod ex tempore valent. Sed haec locum non habent, cum quis fructus aliquius vineæ, vel oliveti, pendentem emit; nam et si in futurum eos sit perceprurus, statim dominum eorum nanciscitur, nec haec vendito anticipata solutione fieri dici potest, atque ita iustum pretium erit, quod tempore contractus valent: ut adverbit Trullench. ubi proximè.

Est apud nos, l. 17. tit. 11. lib. 5. Recopilat. qua prohibetur emptio frumenti, anticipata solutione, alii pretio, quam quod valuerit quindecim diebus ante, vel post Natalem Deiparae in opido, cuius jurisdictioni locus subjicitur, in quo frumentum solvi debet, ut notant Matienç. & Azeved. ibi, Guttier. sup. num. 48. ubi ait, illud esse iustum pretium, quod diutius intra illud temporis lege prescripti frequentatur; quamvis Matienç. putet, terminum illum non esse obseruantum, sed à die decimamquinta Julii, usque ad decimamquintam Augusti; à quo Azeved. dissentit. De hoc multum curare non est necesse, cum eam constitutionem observari nunquam videamus; et si frequentissime agricolæ præ inopia fructus, anticipata solutione distractant; sed prout de pretio paciscitur, ita adimplentur. At anticipata frugum emptio pluribus diversorum Principum constitutionibus vetatur, ut iniurias occasio, & Reipublicæ nociva, notat Leotard. ex n. 36. Ibi: